Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



discipuli eius. Ore Iubilate deo omnis terra iubilate deo omnis terra psalmum dicite nomini eius ue nite et audite et narrabo uobis omnis qui timetis deum quanta fecit dominus anime mee secreto Oblata domine munia sanctificata nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Oratio dominus implere p. cõ. Q. dum aqua et fecit architriclinio dum gustasset architriclinus aquam uinum factam dicit sponso seruasti uinum bonum usque ad hunc hoc signum fecit ihesus primum coram discipulis suis. Compl' Augeatur in nobis quesumus domine diuinum opus ac ut diuinis uegetata sacramentis ad eterna premissa capienda tuo munere preparemur. Epistola iiij. Ad Colonienses. Q Fratres. Iudicius dispensationem dei que data est mihi in uobis ut impleam uerbum dei: mistrium quod absconditum fuit a seculis et generationibus: nunc autem manifestum est sanctis eius: quibus uoluit deus notas facere diuitias glorie sacramenti huius in gentibus: quod est christus in uobis spes glorie. Quem nos annunciamus corripientes omnem hominem et docentes in omni sapientia spiritali ut exhibeamus omnem hominem perfectum. In xpo ihesu domino nostro. Sm Lucam. In illo tem. Egressus est ihesus in uirtute spiritus sancti in galileam: et fama exiuit per uniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum et magnificabatur ab hominibus. Et uenit nazareth ubi erat nutritus. Et intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam: et surrexit legere. Et traditus est ei liber ysaie prophete. Et ut reuoluit librum inuenit locum ubi scriptum erat. Spiritus domini super me propter quod unxit me: euangelizare pauperibus misit me sanare contritos corde: predicare captiuis remissionem: et cecis uisum: dimittere confractos in remissionem predicare annum domini acceptum: et diem retributionis. Et cum complicuisset librum reddidit ministro et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cepit autem ihesus dicere ad illos. Quia hodie impleta est hec scriptu